

Certè, si velim, christianus sum : tunc ergò me damnabis, si damnari velim. Cùm verò quod in me potes, nisi velim, non potes, jam meæ voluntatis est quod potes, non tuæ potestatis. Proinde et vulgus vanè de nostra vexatione gaudet<sup>a</sup> : proinde enim nostrum est gaudium quod sibi vindicat, qui malumus damnari, quàm a Deo excidere. Contrà illi qui nos oderunt, dolere, non gaudere debebant, consecutis nobis quod elegimus.

### CHAPITRE L.

Courage inébranlable des chrétiens. Leur exemple, plus éloquent que tous les discours des rhéteurs et des philosophes. Leur sang répandu fait germer de nouveaux chrétiens.

157. Ergò, inquitis, cur querimini quòd vos insequamur, si pati vultis, cùm diligere debeatis per quos patimini quod vultis? — Planè volumus pati; verùm eo more quo et bellum nemo quidem libens patitur, cùm et trepidare et periclitari sit necesse. Tamen et præliatur omaibus viribus, et vincens in prælio gaudet, qui de prælio querebatur, quia et gloriam consequitur et prædam. Prælium est nobis, quòd provocamur ad tribunalia, ut illie sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem, pro quo certaveris, obtinere. Ea victoria habet et gloriam placendi Deo, et prædam vivendi in æternum. Sed obducimur<sup>b</sup>; certè cùm obtinuimus : ergò vincimus

<sup>a</sup> *Gaudere de*, se réjouir de, prendre plaisir à. Nous n'avons pas trouvé d'exemple semblable dans les auteurs, et cependant nous croyons pouvoir dire que la préposition est ici fort utile, sinon essentielle.

<sup>b</sup> *Obducimur*, nous succombons; oui, mais seulement après que nous avons obtenu la palme. « Tertullien, dit encore l'abbé de

cùm occidimur, denique evadimus cùm obducimur. Licet nunc sarmentitios et semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur<sup>a</sup>. Hic est habitus victoriæ nostræ; hæc palmata vestis; tali curru triumphamus. Meritò itaque victis non placemus; propterea enim desperati et perditii existimamur.

158. Sed hæc desperatio et perditio penès vos, in causa gloriæ et famæ, vexillum virtutis extollunt. Mutius<sup>b</sup> dexteram suam libens in ara reliquit : ô sublimitas animi ! Empedocles totum sese Catanensium Ætnæis incendiis donavit : ô vigor mentis ! Aliqua Carthaginis conditrix<sup>c</sup> rogo secundum matrimonium dedit : ô præconium castitatis ! Regulus, ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur : ô virum fortem, et in captivitate victorem ! Anaxarchus cùm, in exemplum ptisanæ, pilo contunderetur<sup>d</sup> : *Tunde, tunde*, aiebat, *Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis* ; ô philosophi magnanimitatem, qui de tali exitu suo etiam jo-

<sup>a</sup> Courcy. fait un grand usage du verbe *obduci*. Par le rapprochement de différents passages, on voit qu'il lui donne deux significations particulières : l'une, comme ici, d'être détruit, de mourir; l'autre, plus ordinairement, d'être convaincu, réfuté; par exemple, au chapitre XLVI de cet ouvrage : *Dum de bono sectæ hujus obducitur.*

<sup>b</sup> On attachait parfois les chrétiens à des demi-roues de fer ou de bois, et on les entourait de sarments de vigne, auxquels on mettait le feu. De là le nom de *sarmentitii*, et de *semaxii* (*semi-axis*).

<sup>c</sup> Mucius Scévola, dans le camp de Porsenna, roi des Etrusques.

<sup>d</sup> Didon, phénicienne, ou pénicienne, d'où le mot *Pœni*, les Carthaginois, ou Phéniciens (*Φείνεξ*).

<sup>e</sup> On broyait Anaxarque dans un pilon, comme de l'orge, et il prétendait, lui, qu'on ne frappait que le réceptacle de son âme, le fourreau de son esprit, le soufflet par lequel il respirait. — On plaint ceux qui souffrent pour l'erreur, on déteste ceux qui souffrent pour la vérité !

cabatur! Omitto eos qui cum gladio proprio, aliore genere mortis mitiore, de laude pepigerunt<sup>a</sup>. Ecce enim et tormentorum certamina coronantur a vobis. Zeno Eleates, consultus a Dionysio quidnam philosophia præstaret, cum respondisset, *contemptum mortis*, flagellis tyranni subjectus sententiam suam ad mortem usque signabat<sup>b</sup>. Certè Laconum flagella<sup>c</sup>, sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata, tantum honoris conferunt, quantum sanguinis fuderint.

159. O gloriam licitam, quia humanam! cui nec præsumptio perditam, nec persuasio desperata reputatur, in contemptu mortis et atrocitatis omnimodæ; cui tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permissum est, quantum pro Deo non licet. Et tamen illis omnibus et statuas defunditis<sup>d</sup>, et imagines inscribitis, et titulos inciditis in æternitatem; quantum de monumentis potestatis scilicet, præstatis et ipsi quodammodo mortuis resurrectionem. Hanc qui veram a Deo sperat, si pro Deo patitur, insanus est!

160. Sed hoc agite, boni præsidés, meliores multò apud populum, si illis christianos immolaveritis; cruciate, torquete, damnate, atterite nos. Probatio est enim innocentia nostra iniquitas vestra: ideo nos hæc pati Deus patitur<sup>e</sup>. Nec quidquam tamen proficit exquisitior quæque

<sup>a</sup> *Pangere*, arrêter, faire, conclure un traité, un dessein, une détermination. Acheter la gloire, conquérir l'immortalité par le suicide.

<sup>b</sup> *Signare sententiam*, sceller son opinion, la confirmer.

<sup>c</sup> C'était une gloire, chez les Lacédémoniens, d'avoir des enfants assez endurcis pour supporter patiemment une cruelle flagellation. C'était, de la part des parents, une preuve de force d'âme d'y assister, les yeux secs, et de les exhorter à souffrir.

<sup>d</sup> *Statuas defundere*, fondre, couler des statues. L'expression est de Vitruve lui-même.

Les quelques pages qui précèdent sont d'une éloquence au-

crudelitas vestra: illecebra est magis sectæ. Plures effici-mur, quoties metimur a vobis; semen est sanguis christianorum<sup>a</sup>. Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur, ut Cicero in Tusculanis, ut Seneca in Fortuitis<sup>b</sup>, ut Diogenes, ut Pyrrhon, ut Callinicus; nec tamen tantos inveniunt verba discipulos, quantos christiani factis docendo. Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione ejus concutitur ad requirendum quid intus in re sit<sup>c</sup>? Quis non, ubi requisivit, accedit; ubi accessit, pati exoptat; ut Dei totam gratiam redimat<sup>d</sup>, ut omnem veniam ab eo, compensatione sanguinis sui, expediat<sup>e</sup>? Omnia enim huic operi<sup>f</sup> delicta donantur. Inde est quod ibidem sen-

dessus de tout éloge. Quelle lucidité, quelle énergie, quelle rapidité, quel entrainement! Tout y est action, mouvement et noble passion. Il y a peu de morceaux, dans toute la littérature humaine, qui puissent être comparés à cette péroraison chaleureuse et grave.

<sup>a</sup> Le sang des chrétiens est une semence jetée en terre et qui rapporte trente, soixante, quelquefois cent pour un. Tout le monde a commenté cette magnifique pensée: la Providence l'a commentée mieux que personne dans le développement de l'humanité, dans la propagation de l'Évangile, dans l'histoire de l'Église, depuis sa fondation jusqu'à nos jours.

<sup>b</sup> *Seneca in Fortuitis*, Sénèque dans le traité du Hasard. « Ce traité n'est pas parvenu jusqu'à nous, dit l'abbé de Gourcy. » Voy. Fabricius, *Biblioth. Lat.*, édition d'Ernesti, tom. II, p. 121-123. Le temps n'a pas non plus épargné les ouvrages de Diogène, de Pyrrhon et de Callinicus, que Tertullien cite après celui de Sénèque. »

<sup>c</sup> On conjecture que c'est le spectacle de la patience des martyrs qui a amené Tertullien lui-même à se faire chrétien; ou, encore, leur pouvoir sur les démons.

<sup>d</sup> *Dei gratiam redimere*, racheter la grâce de Dieu, rentrer dans ses bonnes grâces, dans sa faveur.

<sup>e</sup> *Expedire veniam*, hâter son pardon.

<sup>f</sup> *Operi*, au martyre, qui est l'œuvre propre aux chrétiens.

tentiis vestris gratias agimus<sup>a</sup>. Ut est æmulatio<sup>b</sup> divinæ rei et humanæ, cum damnatur a vobis, a Deo absolvimur<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Quand les chrétiens entendaient prononcer leur sentence de mort, ils disaient : « Dieu soit béni ! » *Deo gratias!* Cf. ch. 1<sup>er</sup>.

<sup>b</sup> *Æmulatio*, opposition, contrariété.

<sup>c</sup> Si il dit vrai, c'est embarrassant, pour des hommes, de se mettre ainsi en opposition avec Dieu lui-même.

FIN DE L'APOLOGÉTIQUE.

TRAITÉ  
DES PRESCRIPTIONS.